



**Commentariorum ac disputationum, in tertiam partem divi
Thomae tomi quinque**

Priorum vigintisex Quaestionum eius Partis expositionem complectens

Suárez, Francisco

[Köln], 1617

Articulus VI. vtrum reliquiæ Sanctorum sint adorandæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93775](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93775)

materia tradetur commodius infra, postquam de dignitate & excellentia gratie, & glorie Beatissime Virginis disputauerimus: cum enim fundamentum huius cultus sit excellentia Virginis, & potestas, huius cognitio illius intelligentiam supponit. Ibi ergo tam de adoratione, quam de oratione ad Virginem exhibenda commodius differemus. Sicut etiam de adoratione Eucharistiae in propria illius materia tractandum est.

ARTICVLVS VI.

Utrum reliquiae Sanctorum sint adoranda.

149.
2. 2. q. 96.
Art. 4. 3.



Ad sextum sic proceditur. Videtur, quod Sanctorum reliquiae nullo modo sint adoranda. Non enim est aliquid faciendum, quod possit esse occasio erroris. Sed adorare mortuorum reliquias, videtur ad errorem Gentilium pertinere, qui mortuis hominibus honorificentiam impendebant. Ergo non sunt Sanctorum reliquiae adoranda.

2. Præterea, Stultum videtur rem insensibilem venerari. Sed Sanctorum reliquiae sunt insensibilia corpora. Ergo stultum est eas venerari.

3. Præterea, Corpus mortuum non est eiusdem speciei cum corpore viuo: & per consequens non videtur esse numero idem. Ergo videtur, quod post mortem alicuius Sancti, corpus eius non sit adorandum.

Sed contra est, quod dicitur in libro de Ecclesiast. dogmatibus, * Sanctorum corpora, & præcipue beatorum Martyrum reliquias, ac si Christi membra, sincerissime honoranda, sicut credimus. Et postea subditur, Si quis contra hanc sententiam velit esse, non Christianus, sed Eugoninianus & Vigilantius creditur.

Respondendo dicendum, quod sicut Augustinus dicit in libro de Ciuit. Dei. * Si paterna vestis & annulus, ac si quid est humani modum, tanto charius est posteris, quanto erga parentes est maior affectus, nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quae utique multo familiarius atque coniunctius, quam qualibet indumenta gestamus, hac enim ad ipsam naturam hominis pertinent. Ex quo patet, quod qui habet affectum ad aliquem, etiam ea, quae de ipso post mortem relinquuntur, veneratur: non solum corpus aut partes corporis eius, sed etiam aliqua exteriora, puta vestes, & similia. Manifestum est autem, quod Sancti Dei in veneratione habere debemus, tanquam membra Christi, Dei filios, & amicos, & nostros intercessores. Et ideo eorum reliquias qualescunque, honore congruo in eorum memoriam venerari debemus, & præcipue eorum corpora, quae fuerunt templa & organa Spiritus sancti in eis habitantis & operantis, & sunt corpori Christi configuranda per gloriosam Resurrectionem. Unde & ipse Deus huiusmodi reliquias conuenienter honorat, in eorum praesentia miracula faciendo.

Ad primum ergo dicendum, quod hac fuit ratio Vigilantius, cuius verba introducit Hieron. * in lib. quem contra eum non procul à scribit, dicentis, Prope ritum Gentilium videmus sub pretextu religionis introductum, pulvisculum nescio quem in modico vaseculo, pretioso limine circumdatum osculantes adorant. Contra quem Hieron. dicit in Epistola ad Riparium. * Nos non dico Martyrum reliquias, sed nec Solem, nec Lunam, nec Angelos adoramus, sicut adoracione latræ, honoramus autem reliquias Martyrum, ut eum, cuius sunt Martyres, adoremus: honoramus seruos, ut honor seruorum redundet ad Dominum: Sic ergo honorando reliquias Sanctorum, non incidimus in errorem Gentilium, qui cultum latræ mortuis hominibus exhibebant.

Ad secundum dicendum, quod corpus illud insensibile non adoramus propter seipsum, sed propter animam, quae fuit ei vnica quae nunc fruatur Deo: & propter Deum, cuius fuerunt ministri.

Ad tertium dicendum, quod corpus mortuum alicuius Sancti non est idem numero quod primo fuit dum viveret propter diuersitatem formae, quae est anima: est tamen idem identitate materiae, quae est iterum sua forma viuenda.

Item D. Tho. & per se clara est, & in sequenti disputatione amplius illustrabitur.

DISPUTATIO LV.

In duas sectiones distributa.

De reliquiarum cultu & veneratione.

In hac disputatione omnia illa, quae de imaginibus tractata sunt, sigillatim queri & inuestigari possent. Tamen quia ratio doctrinae similis est, & eadem fere proportionem applicari potest, ideo breuius doctrinam de reliquiarum cultu complectemur, illius honestatem, & modum, seu naturam, & speciem explicando. Nomine autem reliquiarum non tantum Sanctorum corpora, vel eorum partes, sed etiam vestes, & alia similia, quibus ipsi specialiter vsi sunt, comprehendimus.

SECTIO I.

Utrum Sanctorum reliquiae in veneratione, & honore habende sint.

HAeretici negant reliquias Sanctorum adorandas esse, vel à fidelibus custodiendas, & conseruandas. Cuius haerese auctor fertur esse Vigilantius. Sed illum in hoc errore fuisse discipulum Eunomii, refert Hieron. epist. ad Riparium, & lib. contra Vigilant. dicit etiam eum fuisse imitatum Iudeos, & Samaritanos, qui humana cadavera abominantur. Sed & ante Eunomium Gnosticos contempniss. Martyres, non tamen eorum reliquias quam martyria despicientes, refert Iren. lib. 3. cap. 20. & Tertul. in Scorpiaceo. In hoc eodem errore versatus est postea Constantinus. IV. seu Copronymus, ut ex Suid. refert Praetol. & postea Ioan. V. Videl. ut refert V. Valentin. tom. 3. de sacramentalib. cap. 164. ac denique Luther. Calvin. Zuingli. & alij noui haeretici, ut refert Linden. dialog. 2. Hostius in confes. c. 58. Alan. dial. 3. ca. 12. & alij sequentibus.

Dicendum verò est reliquias Sanctorum merito à fidelibus conseruari, & cum magna reuerentia, & Sanctorum veneratione tractari. Hec veritas non solum de fide certa est, sed etiam videtur lumine naturali euidentibus supposita, quam de sanctis habemus, ex illuminatione, & primo indicatur in Scriptura sacra. Genesim enim 50. & Exod. 13. legimus ossa Iacob, & Ioseph, cum magno honore esse conseruata, & sepultura tradita. Et Deuteronom. vlt. creduntur angeli sepelisse corpus Moysis, ut ex antiqua traditione exponit E. piphani. haer. 9. circa finem, & Acto. 8. curauerunt Stephanum viri timorati, & fecerunt placum magnum super eum.

Secundo hoc maximè probatur ex vniuersali Ecclesiae traditione, & consensu, quem sic demonstrat. Nam in primis de vsu Ecclesiae Romanae antiquissimo constat ex Cornel. Pap. epistol. 1. ubi tractat de translatione corporum Petri, & Pauli suo tempore facta à Catacumbis ad ea loca, in quibus martyria sunt passi: & Gregor. libr. 3. epist. 30. (quae pro veneratione reliquiarum attentè legenda est) earundem reliquiarum Petri, & Pauli meminit, & quomodo ab eo tempore quo passi sunt, magna cum veneratione seruatae fuerint, & lib. 5. epist. 50. mittit partem harum reliquiarum Reginae Francorum, monens, ut debito honore tractentur. Hieronym. etiam contra Vigilant. refert summos Pontifices solitos esse super reliquias Sanctorum Apostolorum Deo

Deo sacrificium offerre: & coram eis semper fuisse

Greg. Pap. luminaria accensa, constat ex Greg. 3. dialog. capit.

Chrysost. 24. Chrysost. homil. 32. ad Rom. circa finem, ciuita-

tem illam magnificat, quod in ea reliquie Aposto-

lorum conditæ sunt, & corpori Pauli circumuolui

exoptat. Secundò de Ecclesia Constantinopolitana,

Ad eam etiam translatae sunt summo cum honore

reliquie Sanctorum Andreæ, Lucæ, & Timothei,

tempore Constantini Magni, teste Hieronym. contra

Vigilant. postea reliquie Sancti Pauli Episcopi, &

martyris tempore Theodosij senioris, vt refertur

lib. 9. tripart. c. 17. Et corpus Sancti Ioannis Chryso-

stomi, tempore Theodosij junioris lib. 10. tripart. c.

26. Theodoret. lib. 5. hist. c. 3. Niceph. lib. 14. cap. 43.

refert etiam idem Chryl. homil. 66. ad popul. Con-

stantinum Magnum magni honoris gratia iuxta fo-

res templi, in quo Apostolorum reliquie seruaban-

tur, à filijs suis fuisse sepulchrum. Et ibidem inquit re-

liquias Sanctorum non solum Romæ, sed etiã Con-

stantinopoli magna coli pietate. Tertiò de Antio-

chena Ecclesia, Corpus Sancti Ignatii, in magna ve-

neratione ibi habitum esse refert Euag. lib. 1. cap. 16.

Idem de Sancto Meletio, Sozomenus lib. 10. cap. 12.

& de sanct. Babila Rufinus lib. 1. cap. 35. vbi refert

de mones ad eius præsentiam obmutuisse, neq; in i-

dolis suis amplius responsa dedisse: & in huius san-

cti honorem integrum librum Chrysostomus com-

posuit. Quarto in Alexandria Ecclesia caput Io-

annis Baptistæ cum summo honore seruauit Atha-

nas. vt Rufinus refert, lib. 2. cap. 28. in Ierosolymitana,

sedes, seu cathedra sancti Iacobi honorifice conser-

uata est, teste Euseb. lib. 7. c. 15. Niceph. lib. 6. cap. 16.

in Smyrneni, corpus sancti Polycarpi, autore eodẽ

Euseb. lib. 4. c. 15. & Niceph. lib. 3. cap. 35. in Hispania

reliquie sancti Iacobi, singulari Dei prouidentia

conditæ sunt, & nõ solum ab incolis, sed ab vniuer-

sis fidelibus religionis causa eo venientib; adorantur

vt ex antiquissima & vulgatissima traditione con-

stat. Et simili veneratione corpora sancti Dionysij,

Martini, Hilarij, & alia penè innumera Gallicana

Ecclesia semper venerata est. De Mediolanensi legi

potest Ambr. epist. vlt. ad Sororem, & serm. 91. & 92.

vbi de inuentione sanctorum Gervasij, & Protasij,

Nazarij, & Celsi historiam refert. Et alia similia con-

gerit Hieron. contra Vigilant.

Tertiò confirmat hanc traditionem communis

Patrum consensus, qui partim ex dictis hic, partim

ex ijs quæ artic. 1. pro veneratione Sanctis debita ad-

duximus, satis constare possent. Sed præterea Cle-

mens Romanus lib. 6. Constitution. cap. 30. Eorum,

inquit, qui Deo viuunt, nec reliquia sine honore manent.

Iustin. Martyr. quæstione 28. à Christianis propolita

corpora & sepulchra Martyrum dicit virtutem ha-

bere, & aduersos demones, & ad sanandos mor-

bos, qui arte medicinz curari non possunt. Nazian-

zen. orat. 3. quæ est prima contra Iulianum. §. Non

victimas, de Sanctis loquens, inquit. Quorum vel so-

la corpora idem possunt, quod anima sanctæ, siue tangan-

tur, siue honorentur, quorum vel sola sanguinis gutta, at-

que exigua passionis signa idem possunt, quod corpora.

Basilij Psalmo. 115. circa illa verba. Pretiosa in con-

spectu Domini. In lege, inquit, veteri morticina habentur

abominatione: nunc contra, si mors cuiuspiam irrogatur pro

Christi nomine, pretiosa censentur reliquia eius: tunc, si

quis tangeret cadaver, immundus erat: nunc martyris ossa

quisquis attigerit, ob gratiam corpori insidentem sit qua-

dantenus sanctificationis participans. Tertullianus libro

secundo, ad vxorem dicit solitos esse fideles repare

in carceres ad osculanda vincula martyrum. Alia

legi possunt in Augustin. Epistola quadragesima se-

cunda, & sermone vndecimo, de Sanctis, Cyprianus

lib. 3. epist. 6. alias epist. 37.

Quarto variis signis, & miraculis per sanctorum

reliquias tanquam per diuina organa effectis, earũ

adorationem approbavit Deus. Nam 4. Regum 13.

A ossa Elisei suscitauerunt mortuum. Actione 19. sudaria

vel semicinctia Pauli ad infirmos deferēbantur, Et

recedebant ab eis languores, & spiritus nequam egredie-

bantur. Quin etiam vmbra Petri liberabat homines

ab infirmitatibus suis. Multaque alia referuntur in

VII. Synodo & apud Augustinum libro vigesimo

secundo, de Ciuitate, cap. octauo, de miraculis per

reliquias sancti Stephani, & aliorum effectis, & epi-

stola 137. eleganter disputat, cur Deus per vnus san-

cti reliquias potius, quam alterius, miracula inter-

dam operetur. Gregorius Turonens. libro de gloria

Martyr. cap. 31. agit de reliquijs sancti Andreæ, ea-

rumq; miraculis, & de oleo, quod ab illis manabat,

Et similia frequenter leguntur in ecclesiasticis hi-

storiis, Huc etiam pertinet, quod Deus sepe occul-

tas Sanctorum reliquias per reuelationem manife-

stauit, vt in honore haberētur, vt legimus de sancto

Marcellino, Gervasio, Protasio, & alijs.

Quintò propter hæc tandem definita est hæc ve-

ritas à Felice I. cum Concil. Rom. epist. 2. decretali,

in VII. Synodo. act. 1. in confessione catholica Theo-

dosij, & Basilij Ancyran, vbi dicitur hanc esse tra-

ditionem Apostolicam, & act. 3. epist. Theodo. in fi-

ne, optimis rationibus probatur. Habentur etiam

multa actio. 4. & 7. can. 7. præcipitur, vt Ecclesiæ nõ

consecrentur sine reliquijs Sanctorum. Quod in

Concil. Carthag. V. cap. 14. fuerat institutum. Ha-

betur cap. Placuit, de consecrat. d. 1. In Lateran. etiã

sub Innoc. III. c. 62. præcipitur, vt reliquie extra ca-

psum non ostendantur, neque exponantur venales,

& vt denuo inuentæ non adorentur, nisi prius à Ro-

man. Pont. fuerint approbatæ, de quo infra. In Con-

cil. Item Mogun. ca. 51. præcipitur, ne transferantur

de loco ad locum sine licentia Episcopi. cap. Corpora

de consecra. dist. 1. Item in Bracharen. III. cap. 5.

docetur, qua reuerentia portandæ sint in publicis

solennitatibus, & pompis. Deniq; Trident. Sess. 25.

decreto 2. hoc grauissimè definit.

Sexto, & vltimò ratione, quia corpora Sanctorũ

fuerunt templa animarum sanctarũ, & futura sunt

confortio æternæ beatitudinis, in qua erunt in per-

petuo honore. Deinde illas conseruare, & retinere,

est signum amoris erga sanctos, & excitant eundem

amorem, & deuotionem ad illos. Tertiò maiorem

cum illis habent coniunctionem, quam imagines,

& suo modo magis illos representant, ergo propter

excellentiã Sanctorum, & habitudinem ad illam

sunt reliquie honore dignæ. Quæ rationes latius

trahantur in VII. Synod. act. 4. & 7. & ab Augustino

libro primo de ciuitate capite 13. & Damascenus lib.

4. cap. 16.

Sed contra nam Lucæ 11. dixit Dominus Iudæis.

Vt vobis, qui edificatis monumenta prophetarum: Ergo

similia verba dici possunt de nobis. Vnde ibidem &

Matthæ. 23. comparat Christus Phariseos sepulchris

dealbatis, quæ interius sunt plena ossibus mortuo-

rum, indicans huiusmodi ossa esse immunda, & nul-

lius venerationis posse esse digna. Secundò Conci-

lium Elibertin. can. 34. vetat ad sepulchra martyrum

cæreos accendere. Tertiò in Sanctorum reliquijs nõ

manet nisi materia prima, præsertim in cadaueri-

bus eorum, & ad summum iuxta probabilem opi-

nionem manet eadem quantitas cum aliquibus ac-

cidentibus: sed hæc nõ sunt satis, vt adorari possint

quia alias, etiam si conuertantur in terram: aut in

vermes, essent adorandæ, quia manet eadem quan-

titas.

Ad primum, vt illa Christi verba intelligantur,

attendenda sunt, quæ sequuntur, sic enim ait. Vt vo-

bis, qui edificatis sepulchra prophetarum, patres autem ve-

stri occiderunt illos. Profectò testificamini, quia eorum ope-

ribus consentitis. Quæ vltima verba difficilia sunt: nõ

qui edificat sepulchrum homini occiso, nõ ided vide-

tur occidenti cõsentire, sed potius pietatẽ, & mise-

ricordiã circa occisum ostendere, Nicodem? enim,

& Io-

Act. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

Aug. 19.

& Ioseph ab Arimathia, qui Christo mortuo sepulcrum parauit, non ideo neci eius cōsenserunt. Dici ergo potest duplici causa posse aliquem edificare sepulcrum hominis occisi. Primò, ut misericordiā, vel honorem circa mortuum exerceat. Secundo in memoriam, & quasi in monumentum egregij operis ab interfectore patrati: qui ergo hoc posteriori modo edificat sepulcrum, apertè testificatur, se cōsentire operibus interfectoris. Hoc ergo modo videntur Pharisei edificasse sepulcra Prophetarum, & ideo merito à Christo reprehenduntur: eius verò reprehensio ad reliquiarum adoratores nullo modo pertinet. Ita videtur interpretari Chryso. homil. 75. in Matth. dicens. *Menti eorum, qui edificabant sepulcra, apertè detrahit: non enim, ut honorarent occisos, sed ut suorum vires ostenderent, ne tanti facinoris audacia memoria caderet, sepulcra edificabant.* Sed difficile est asserere Phariseos hac intentione edificasse sepulcra Prophetarum, quos iustos, & sanctos esse existimabant, & iniuste fuisse interfectos: vnde Matth. 23. apertè dicit Christus, *Aedificatis sepulcra Prophetarum & ornatis monumenta iustorum, & dicitis. Si fuissetis in diebus Patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine Prophetarum.*

Chryso.

Matth. 23.

Dicendum ergo est, Christum hoc modo illos reprehendisse, quia licet expresse hoc non intenderet, facto tamen ipso ita se gerebant, ac si hoc intenderent. Cum enim persequerentur viuos Prophetas imo & dominum Prophetarum, licet dicerent se edificare monumenta in honorem Prophetarum mortuorum, satis conuincebantur non animo religioso, sed ex hypocrisis edificasse illa sepulcra: atque adeo ita se gessisse, ac si approbare vellent facta parentum suorum. Ita exposuit Chryso. his verbis. *Non quia edificantes, nec quia patres accusant, vā illi dixit, sed quoniam ita dicentes, & facientes, patres suos condemnare audebant, cum ipsi peiora committeret. Et in Imperfecto, homil. 45. latius prosequitur eandem expositionem. Quam indicat etiam Hieron. Matth. 23. & Hilar. can. 23. in Matth. optimè Amb. lib. 7. in Luc. inquit. Aedificando sepulcra Prophetarum, patrum suorum facta damnabant: emulando autem paterna scelera, in se ipsos sententiam retorquebant: non ergo edificatio, sed emulatio loco criminis estimatur. Idem Aug. lib. 2. contra aduersar. leg. & prophet. cap. 5.*

Chryso.

Hieron.

Hilar.

Ambros.

August.

Quod vero Christus comparauerit Phariseos sepulcris dealbatis plenis ossibus mortuorum, nihil facit ad causam, illa enim metaphora solum voluit Christus Phariseorum hypocrisis indicare: non tamen propterea significauit omnia ossa mortuorum esse immunda, & non posse interdum esse veneratione digna, ut notat Cyril. Alexand. lib. 10. contra Iulian. in principio.

Ad secundum ex Concil. Elibert. notanda est ratio, quæ in illo canone subiungitur, sic enim dicitur. *Cereos per diem placuit in cimiterio non incendi, inquietandi enim Sanctorum spiritus non sunt.* Huius enim rationis obscuritas occasionem quibusdam præbuit dicendi, per sanctorum spiritus, non mortuorum animas intelligi, quia siue beate sint siue in Purgatorio existant, nihil cereis accensis perturbari possunt. Nec enim verisimile est Patres illius Concilij tam crassa ignorantia laborasse, ut sanctas animas nostris actibus perturbari putarent. Loqui ergo videntur de viuientibus fidelibus ad sepulcra mortuorum accedentibus, quorum spiritus, seu mentes, ea caeremonia eo tempore perturbabantur, seu scandalum patiebantur propter aliquam specialem occasionem eo tempore currentem: eo quod videretur aliquid commune habere cum ritibus Gentilium. Solebant enim illi ad sepulcra defunctorum faces accendere, ut colligitur ex Sueton. in Tiberio, cap. 98. aut certe, quia inducebantur in errorem putantes, animas martyrum inde iuari.

Sueton.

Sed veriori, & clariori sensu per Sanctorum spiritus,

A mortuorum animas intelligimus, quæ non proprie dicuntur perturbari, sed metaphoricè, quatenus eis displicet, quando homines aliquid superstitiosum in earum leuamen, vel honorem fieri vident. Quomodo dixit Ambr. lib. 2. epist. 8. loquens de quadam defuncta, *Non esse mestificandam lacrymis: sed orationibus iuuandam.* Et iuxta hanc expositionem dicendum est eam caeremoniam tunc fuisse prohibitam, quia fortasse aliquid de errore Gentilium irreperat, & accensis facibus, ritibus superstitiosis Sanctorum animarum inuocabantur: & fortasse hac ratione dictum est non debere Sanctorum spiritus inquietari, sicut 1. Reg. 28. dixit anima Samuelis. *Quare inquietasti me?* Qui etiam loquendi modus apud ethnicos erat, qui incantationibus dicebant inquietari animas defunctorum, seu sollicitari, ut significat Plinius li. 28. capitu. 2. Cessante ergo omni superstitione, omnique illius occasione & periculo, certum est caeremoniam illam non esse malam, sed potius honestam, & religiosam, ordinatur enim in diuinum honorem, & ad excitandos animos fidelium ad deuotionem, & spei gloriæ, & æternæ vitæ futuræ, ut late traſtat Hieron. epist. ad Ripar. & lib. contra Vigilantium. Exemplum huius est apud August. li. 1. de morib. Eccles. cap. 34. ubi reprehendit eos, qui ad sepulcra martyrum epulas deferunt. Reprehendit enim excessum, & superstitionem, ut patet ex illis verbis. *Luxuriosissime super mortuos bibentes, & epulas cadaueribus præbentes.* Nam quod recta fide, & intentione id factum honestum sit, idem August. declarat. lib. 6. confes. c. 2. lib. 8. de August. ciuit. cap. 27.

Ambr.

Plin.

Hieron.

C De tertio argumento multa speculatur Henricus Henricus, quodlib. 10. quaest. 6. existimo tamen non tam metaphysicè, quam moraliter expediendum esse: nam (ut statim dicam) quod in reliquijs manet, solum adoratur propter habitudinem ad personam, cuius reliquiae fuerunt. Hæc autem habitudo non est rephylica, nec relatio realis, sed rationis seu moralis quædam dignitas, quæ tam diu durare censetur, quam diu res illa sub tali forma, figura, & accidentibus conseruatur: ita ut humano, & morali modo res existimetur esse eadem, quæ ad talem Sanctum pertinuit seu qua ille usus est. Hic autem status durare censetur, quam diu res in ea dispositione conseruatur, quam habuit, quando à tali persona separata, vel relicta fuit, vel saltem, quam diu non multum est ab illo statu mutata, in quo adorabilis est, quia retinet prædictam habitudinem, & in essereliquiæ (ut ita dicam) conseruatur. At verò, postquàm multæ mutationes intercedunt, censetur huiusmodi res prædictam habitudinem amittere, & statum, seu rationem reliquiarum perdere, & idcirco adorabiles non sunt. Præsertim, quia quando ad eum statum deueniunt, nulla potest esse certitudo, & læpetarum rerum veneratio indecentiam præ se ferret, quæ tamen in omni religioso cultu maxime cauenda est.

SECTIO II.

E Quæ adoratio Sanctorum reliquijs tribuenda sit.

I N hac dubitatione nihil ferè noui addendum occurrit, eadem enim doctrina, quæ de adoratione imaginum data est, seruata proportionem est ad reliquias accommodanda. Supponendum est ergo reliquias esse adorabiles illo duplici modo supra explicato: Primò per se seu solitarie, tanquam materiam totam adorationis. Secundo ut coniunctas cum personis quarum fuerunt reliquiae, ita ut persona ipsa per se primò adoretur in reliquijs, seu per reliquias, quæ simul coadorantur.

Dicendum est ergo primo, eadem adoratione qua adoratur persona, posse interdum reliquias etiam coadorari. Ita docuit egregie Damascenus orat. 3. de vii synod. cultu imagin. & colligitur ex VII. Synod. acti. 4. ubi

Damasc.

de vii synod.

ex

ex Leontio hæc verba referuntur. Quomodo enim filiis peregrinante patre, ingenti amore ex animo erga eum affectu, quidquid in illius domo viderint, siue baculum, siue sedem, cum lacrymis amplexantur non illa honorantes, sed patrem desiderantes, & venerantes: sic nos Christum, & reliquos Sanctos colimus, &c. Ex quibus verbis ratio conclusionis sumitur. Nam licet reliquias re ipsa separatæ sint à personis, quarum fuerunt reliquias, mente tamen possunt ut coniunctæ apprehendi: ergo sicut vestis, verbi gratia, sancti Francisci, si esset reuera coniuncta personæ eius, posset cum illa vnicæ actione adorari: ita & nunc quamvis re ipsa distincta sit, potest similiter coli. Quia mentis apprehensio potest coniungere, & per modum vnius ad colendum proponere eas res, quæ licet seiunctæ sint, habitudinem tamen inter se recipiunt.

Secundo dicitur, quando reliquias seorsum, & per se adorantur, adorationem illam esse respectivam ab illis, quo persona propter se adoratur, quamvis ad eundem habitum pertineat. Tota conclusio est facilis ex supra dictis de imaginibus. Nam totus hic cultus fundatur in excellentia, & sanctitate illius personæ, cuius reliquias sunt. Cum enim ipsæ sint res vitæ, & ratione carentes, propter se adorabiles non sunt: ergo illa adoratio non potest esse absoluta, sed respectiva, & consequenter distincta saltem quoad actum ab absoluta eiusdem personæ adoratione: non tamen quoad habitum, quia excellentia, in qua uterque actus nititur, & quam per se primo respicit habitus, eadem est, sicut de imaginibus diximus.

Et hinc consequenter inferitur, hunc cultum reliquiarum esse religiosum, & ad pietatem pertinentem, ad modum de imaginibus explicatum. Quia totus fundatur in eadem sanctitate, & ad idem bonum animæ refertur. Unde per actiones, & res sacras tribuitur, ut sunt templa, altaria, peregrinationes, & similia. Unde Hieronymus in cap. 40. Ezechiel. de seipso refert, eum esset puer, & Romæ versaretur, valde fuisse sollicitum in sepulchris Apostolorum & Martyrum visitandis, diebus præsertim dominicis, & festiuis. Et Constantinus (ut Rufinus refert li. 3. histor. cap. 33.) ante Martyrum, & Apostolorum thesauriacebat cilicio prostratus. Hinc etiam Chrysostomus homil. 66. ad popul. circa finem inquit. Christi servorum sepulchra regis aulis sunt clariora, non ad speciem magnitudinis, licet in hoc etiam superent: sed quod multo maius est convenientium studio. Hinc denique reliquiarum contemptus in iniuriam Sanctorum reundat, propter quod etiam earum venditio sacrilega, & limonica censetur. cap. Cum ex eo, de reliquijs, & veneratione Sanctorum, & tradunt lucis periti in capit. Quisquis, 17. quæst. 4.

Sed quæret aliquis hoc loco, an huiusmodi reliquias absolute adorandæ sint, vel tantum sub conditione. Et ratio dubij est, quia plurimum sunt incertæ, unde si absolute adorentur, periculum est, ne falsæ pro veris adorentur: ad vitandum ergo periculum oportet conditionem apponere. Exemplo confirmari hoc potest, nam, cum alicui per modum revelationis, species Christi Domini ostenditur, non debet illam absolute adorare, sed solum sub conditione, ne exponat se periculo pro Christo adorandi Sathanam transfiguratum in angelum lucis, ergo similiter, &c. Respondetur, distinctione, & prudentia opus esse. Aliud est enim loqui de publico & solenni ritu, seu honore reliquiarum, aliud de privato ex singulari devotione alicuius personæ. Ut enim aliquæ reliquias publicæ ab universa Ecclesia colantur, primo necesse est, ut de sanctitate personæ, vel per vniuersalem Ecclesiæ consensum, seu traditionem, vel per summi Pontificis canonizationem constet. Deinde oportet, ut publica autoritate reliquias proponantur ut veræ, & ad talem personam pertinentes: hæc autem au-

Fr. Suarez. Tom. 1.

toritas est apud summum Pontificem, & Episcopos, qui sufficientem diligentiam ante approbationem adhibere tenentur. Et quamvis harum reliquiarum non sit æqualis certitudo (aliæ enim sunt antiquiores alijs) tamen supposita dicta approbatione, absolute adorari possunt absque explicita conditione, tum quia in rebus humanis non est maior certitudo requirenda, & periculum formalis erroris, ut ita dicam, nullum est, cum in ratione formalis adorandi non possit esse error, in qua ratione virtute continetur conditio errorem excludens: tum etiam, quia si interdum materialiter erratur, nulla erit culpa, cum bona fide, & prudenti modo procedatur. Et pie credendum est, non permitturum Deum huiusmodi errorem, in hoc publico cultu. Quod si interdum videtur intercedere aliquis error, non tam est in substantia rei adoratæ quam in aliqua conditione. Ut verbi gratia corpus eiusdem Sancti interdum in diversis locis esse existimatur, & in eis solenniter honoratur: id tamen accidere potuit, vel quia in utroque loco est aliqua pars illius corporis, & à parte totum nominatum est. Ait enim Theodoret. lib. 8. ad Græcos, nullibi fere reperiri integrum alicuius Sancti corpus propter fidelium deuotionem. Vel certe causa interdum esse potuit, quia Sancti fuerunt eiusdem nominis, & successu temporis utriusque reliquias eiusdem personæ existimantur, & propter nominis ambiguitatem, illi attributæ, qui maioris habetur gloriæ, & sanctitatis. Quod in capite Ioannis Baptiste suspicari accidisse. In diversis enim Ecclesijs esse dicitur: qui tamen error, non tam est in substantia quam in conditione rei adoratæ, satis est enim, ut si ne errore certum sit illas esse alicuius Sancti reliquias.

At vero, ut reliquias priuatim coli possint sufficere priuatim etiam testimonium virorum fide dignorum, vel alia ratio, aut coniectura ita probabilis, ut sufficiens sit ad prudens iudicium ferendum. Neque enim in hoc actu maior certitudo exigenda est, quam ad aliarum virtutum actus exercendos, & ideo tunc etiam non oportet conditionem aliquam explicare, quia propriè nullum est periculum erroris, ut explicatum est. Quando vero res est dubia, & incerta, tunc quidem abstinendum est à cultu, non tamen reliquias conculcandæ sunt, & contemnendæ, sed separatim custodiendæ, et per hæc patet ad rationem dubitandi.

Ad exemplum vero responderetur, frequentius verum esse, quod in eo sumitur, ut docet Bonauent. in 3. distinct. 9. artic. 1. quæst. 6. Marfil. quæst. 8. artic. 2. dub. 5. Quia veritas personæ, quæ in reuelatione apparere videtur, difficilius cognoscitur, & ideo moraliter loquendo res est valde incerta, & quoad hoc non est simile illud exemplum. Si tamen bona fide aliquis procedat, & sufficientem faciat diligentiam ad discernendos spiritus, & tandem prudenter iudicet reuelationem esse à bono spiritu, potest simpliciter adorare sine periculo erroris, tum quia bona fide, & prudenter operatur: tum etiam, quia formaliter tota adoratio tendit ad personam vere sanctam: ad formam verò, seu speciem apparentem, solum quatenus vel illa persona est, vel illam representat.

Vltimo tandem quæri potest, an liceat reliquias, quæ priuatim possidentur, deuotionis gratia secum ferre. Angelus enim verbo Reliquias, negat, argumento Capituli, Corpora, de consecratione. dist. 1. vbi præcipitur, ut reliquias de loco ad locum non transferantur sine Episcopi licentia. Cui addere possumus Concil. Bracharen. tertium capitul. 5. vbi reprehendit Episcopos, qui in solennitatibus, martyrum ad Ecclesiam progressuri reliquias collo suo imponebant. Respondetur tamen sine vlla dubitatione illud esse licitum, & pium, ut D. Tho. docet 2. 2. quæst. 96.

Reliquia
Sanctorum
quo modo
absoluto, &
sine condi-
tione adorari
possint.

Theodor.

Marfil.

Dubium,
Angel.

Conc. Brach.

Responsio.
Sanctorum
reliquias pri-

AAAA

quæst. 96.

nam pos-
sessus secum
deuotionis
gratia por-
tari elicitum
ac primum.
D. Thom.
Antonin.
Syluest.
Arnd.
Nauar.

quæst. 96. articul. 4. ad 3. Antonin. 3. part. titul. 12. cap. 8. Syluest. & Armil. verbo Reliquiæ & Nauar. in Sum capit. 11. num. 35. & piorum usus hoc satis confirmat. Ratio vero est, quia hoc non est per se malum, cum ex deuotione fiat propter uenerationem Sanctorum, & uilitatem fidelium, & nullam indecentiam, vel malitiam per se coniunctam habeat. Neque etiam est malum quia prohibetur. Nulla est enim lex Ecclesiastica, quæ hoc vetet. In illo enim capite Corpora, non est sermo de hac re, sed de translatione reliquiarum, ut per se constat. Concilium autem Bracharense reprehendit Episcopos qui propter maiorem fastum, & hominum gloriam id faciebant, ut super humeros Leuitarum in sellulis portarentur. Vnde infra subdit. Quod si Episcopus reliquias per se deportare e-lexerit, non ipse a diaconibus in sellula vehatur, sed una cum populo progrediatur.

DISPUTATIO LVI. In tres sectiones distributa.

De usu & adoratione Crucis.



Voniam Diuus Thom. de cruce spe- cialiter differuit, ideo disputationem hanc superioribus adiungimus, quam- uis eius doctrina eadem fere futura sit. Eam tamen in ultimum locum re- seruauimus, quia duplex potest esse crucis conside- ratio. Prima quatenus est reliquia Christi, eius tactu & sanguine consecrata, quæ solum habet locum in ea cruce, in qua Christus pendit; & in omnibus eius partibus, etiam si in figura crucis non sint, ex- tendi autem potest ad clauos, columnam, sepulcrum, & alias Christi reliquias. Secunda consideratio est per modum imaginis, quæ potissimum locum habet in omni cruce, quæ ex permanenti materia confici- tur. Addi vero potest, tertia consideratio crucis, per modum cæremoniæ cuiusdam, ut quædam motu, seu actione successiua nos ipsos, seu res alias signo cru- cis, veluti quadam successiua imagine signamus, seu sanctificamus. De his igitur breuiter dicendum est.

SECTIO I.

An lignum crucis in quo Christus pendit, sit ado- randum latræ.

Cruci, aliis
que passionis
Christi insi-
gnibus ado-
ratio debita

Origem.

Coloss. 2.

Ephes. 2.

Hebr. 7.

Ioan. 3.

Philip. 2.

Damas. 6.

Psalm. 131.

MISSIS hæreticorum sententijs, qui de cruce Christi nihil aliud, quam de cæteris reliquijs opinantur, dicendum est primo, lignum crucis, in qua Christus pendit, adorandum esse, idemque de spinis, clauis, alijsque reliquijs Christi sentien- dum esse. Conclusio est de fide, ut ex supra dictis satis constat tanto euidentius, quanto plures sunt, maioresque causæ ad has reliquias venerandas. Pri- mo, quia eis armis vicimus demones, nostramque salutem comparauimus in Christo, ut notauit Ori- gen. homil. 8. in Iosue, ad hanc rem accommodans illud ad Coloss. 1. Pacificans per sanguinem crucis eius, quæ in cælu & quæ in terra sunt, & cap. 2. Spoliatus prin- cipatus, usque ad illud, affigens illud cruci, & ad Ephes. 2. Vi reconciliet ambos in vno corpore DEO per crucem. Se- cundo quia hæc crux fuit veluti sacrum altare, in quo Christus cruentum sacrificium obtulit, ut si- gnificatur ad Hebræos 7. Fuit etiam via, per quam Christus incedens, ad suam exaltationem peruenit, ut Ioan. 3. & 12. & ad Philippen. 2. significatur. Deni- que tactu carnis, & sanguinis Christi consecrata fuit. Vnde Damasc. lib. 4. cap. 12. Hoc lignum, inquit, vene- randum, & ex tactu sancti corporis, & sanguinis sanctifi- catum, optimo iure adorari debet, clauisq. item, & lancea, & indumentum, ac præsepe, & ad crucem accommo- dat illud Psalm. 131. Adorabimus in loco, ubi steterunt pedes eius. Nam crucem ibi intelligi, argumentum, inquit, est id, quod sequitur, Surge Domine in requiem tuam: Comes

A enim crucis est Resurrectio. Hieronym. 1. tom. epist. 17. Hieron. ad Marcel. ut migret in Ierusalem, nomine Paulæ, & Eutoch. circa med. Venerabantur, inquit, Iudei propitiatorum: nonne tibi venerabilis videtur sepulcrum Christi: quod quotiescunque ingredimur, iacere in sindone cernimus Saluatorem. Habet etiam multa epistol. 13. ad Paulinum de institutione monachorum. Et in epitaphio Paulæ laudat illam, quod præsepe adora- uerit. Quod etiam se fecisse affirmat apolog. 3. contra Rufin. Idem docet Cyrill. Ierosolym. epist. quadam ad Constantium Imperat. & catech. 10. & 13. dicit totum mundum repletum fuisse particulis illius crucis ob deuotionem. Chrysostom. homil. quod Christus sit Deus, tom. 5. Tanta, inquit, vene- ratione lignum illud habetur, ut qui parum ex illo habere possunt, auro includant, & ceruicibus imponant. Idem de Inuentione crucis homil. 84. in Ioan. Gregor. lib. 7. epistol. 126. ad Recaredum Hispaniæ regem cru- cem mittit auream particulam crucis lignæ inclu- dentem. Confirmant denique miracula per crucem facta: nunc sufficiant, quæ in inuentione, & exalta- tione crucis acciderunt. De quibus lege Rufin. lib. 1. cap. 7. & 8. Nicephor. lib. 8. cap. 29. & Seuer. Sulpit. lib. 2. sacre histor. post med. 1. tom. bibliot. sanct. Simo- nem Metaphrasin vita Helenæ.

Sed contra primo, quia filius qui patrem amat, non solum non adorat, sed nec etiam libenter vi- det patibulum, aut gladium, quo pater interfectus, aut supplicio affectus fuit. Secundo solus contactus non est sufficiens adorationis fundamentum, alias terra, aqua, imo & sacrilega manus, quæ Christum percussit, adoranda esset. Adde etiam omnia, quæ Christus vidit, quia sicut videri est extrinseca de- nominatio: ita & tangi. Tercio, esto adorari posset crux, quando Christus in ea actu pendeat: non vero separatione facta. Inquit enim August. serm. 58. de verbis Domini. Purpuram coniunctam regi simul cum ipso adoro: si vero separatur, iam non meretur bonæ re- gis.

Argumentum primum recte dissoluit D. Thom. art. 4. ad primum. Non enim adoramus crucem, ut illa vñ sunt Iudei ad iniuriam, & penam Christo in- ferendâ, sed ut ab illo sanctificata est, eius gloriam, & exaltationem attulit, & eodem modo pinus, & fide- lis filius veneratur gladium, quo pater suus, non ut malefactor, sed ut innocens martyr occisus est, & per mortem ad æternam gloriam translatus.

Ad secundum respondetur, primo contactum Christi per se quidem sufficientem rationem adorationis esse: sæpe tamen non expedire vii hac ado- ratione, vel quia non decet, vel quia res adoranda valde incerta est, vel cum alijs rebus necessario con- iuncta, quæ ad communes usus humanos deputata sunt, præsertim vero manus illi, qui Christum per- cussit, adoranda non fuit, sed execranda, non solum quia tactus ille, ut fuit actio talis personæ, grauissi- mum peccatum fuit, sed etiam, quia erat membrum iniquissimæ personæ. Vnde cum persona sit, quæ per se primo adoratur, non debuit pars illa adorari, ne in talem personam veneratio redundaret. Denique non est eadem ratio de alia extrinseca denomina- tione, quæ realem coniunctionem non requirit, ut est videre, quia ex illa nulla propria moralis habitu- do resultat, neque illa res efficitur aliquo modo quasi propria Christi. In contactu vero, aliqua realis con- iunctio intercedit, & quidam usus ad proprias actiones, & passionis, & ideo non est similis ratio.

Ad tertium patebit ex solutione sequentis dubij. Dubitari enim potest de qualitate, & specie hu- ius adorationis. Nonnulli enim illam vocant, hyper- dulam. Ita loquitur Diuus Thomas in 3. distinct. 9. quæst. 1. art. 2. quæst. 1. 4. Marfil. q. 8. art. 1. Henri. quod lib. 10. q. 6. Alij dicunt esse latræiam perfectam, quia Christus ipse colitur. Ita loquitur D. Thom. hic. quem omnes discipuli eius sequuntur, & Anro. Cor. duben.

dubens, qui alios refert dicto lib. 1. quæst. Theologi-
car. quæst. 105.

Responsio.
Adoratio
crucis Christi
debita qua-
li.

Hieron.

Bona-vent.
Ricard.
Ambros.

Dicendum vero est, distinctionem supra in-
genere datam de reliquijs, ad crucem & alias Christi
reliquias esse applicandam. Itaque si lignum crucis
adoratur, ut mente, & cogitatione coniuncti ipsi
Christo, adorandum est perfectio actus latræ, qui per
se primo ad Christum, concomitantem vero, & quasi
per accedens ad lignum terminatur: & hoc modo
locutus est D. Thom. hic, & D. Hieronym. supra cita-
tus dicens, Quotiescunque sepulcrum Christi ingredimur,
iacere in sindone cernimus Salvatorem. Si vero hæc reli-
quæ adorantur ut tota materia adorationis, ado-
ratio quidem erit respectiva propter excellentiam
Christi: minus tamen perfecta, quam sit illa, quæ
Christo propter se debetur. Et ita intelligitur dictum
Augustini supra citatum. Et hanc fortasse vocavit
D. Thom. Hyperduliam. Quamquam reuera ac eodem
habitu procedat, quo Christus ipse colitur, iuxta ge-
neralem doctrinam supra traditam. Et hæc fere di-
stinctione quamvis diuersis verbis utuntur Bona-
uent. distinct. 9. artic. 1. q. 4. & Ricard. art. 2. quæst. 3.

Et iuxta eandem optime intelligitur locus Am-
brosij orat. de obitu Theodori. ubi inter multa alia
notatu digna, quæ de crucis adoratione tractat a-
gens de Helena Constantini matre, sic inquit, Inue-
nit ritulum, regem adoravit, non lignum, quia hic genti-
lis est error: sed adoravit illum, qui pendit in ligno. Vbi
loquitur de perfecta adoratione latræ, & absoluta,
& de re per se primo adorata: non vero negat cruce-
m concomitantem, vel respectiue adorari posse.
Vnde infra subdit. Sapiens Helena, quæ crucem in capite
regum lenauit, ut crux in regibus adoratur: Non insolentia
istâ, sed pietas est, cum deferatur sacra redemptioni, & infra.
Ecce & clauus in honore est; ferro pedum eius Reges incli-
nantur.

S E C T I O II.

Verum crucis imago retinenda sit, & adoranda.

RATIO dubitandi esse potest, quia crux non re-
præsentat aliquam personam sacram, sed solam
eam crucem, in qua Christus pendit; ergo non est
in eâ sufficiens ratio, ob quam adoratur. Alias eti-
am clauus, vel flagellum, & similia adorari possent,
quatenus repræsentant alias res similes, quibus
Christus supplicio affectus est: imo quælibet ligni
particula, quatenus repræsentare potest similem par-
tem veræ crucis Christi, adoranda est. Propter hanc
fortasse causam, præter hereticos supra citatos, Ae-
gidius Hispanus negauit crucem esse adorandam,
qui propter hunc & alios errores Hispani damnatus
est.

Dicendum est ergo, vsum crucis per modum ima-
ginis Christi crucifixi, quam Catholica Ecclesia
semper tenuit, honestum, & religiosum esse. Hæc
veritas de fide est, definita in V. I. Synod. can. 73.
VII. Synod. actio 7. VIII. Synod. can. 3. Quæ po-
tissimum apostolica traditione fundata est, de qua
legi potest Leo Pap. serm. 8. de passionem, Irenæ. lib. 1.
contra heres. capit. 24. Tertul. in apologet. cap. 16.
Chrysost. serm. 1. & 2. de adorat. crucis: optime Am-
bros. serm. 56. Sicut nauis, inquit, sine arbore, ita Eccle-
sia sine cruce stare non potest, & infra. Vbi signum crucis
erigitur, statim & diaboli iniquitas effugatur. Vnde fa-
ctum est, ut cum alicubi Euangelium de nouo præ-
dicatur, primum signum introductæ fidei, & ex-
pulsæ idololatriæ, sit crucis erectio. Quod & nostris
temporibus obseruari videmus, & tempore etiam
Constantini Magni singulari Dei providentia fa-
ctum legimus. Statim enim, ac Constantinus fidem
accepit, Romanorum vexillum in Christianorum
crucem mutauit, ut Nazian. refert orat. 3. num. 27.
& Euseb. lib. 1. de vita Constantini. Sozomen. lib. 1.
Fr. Suarez. Tom. 1.

6. 7. & 8.
Synod.
Leo Pap.
Irenæus.
Tertul.
Chrysost.
Ambros.

Crucis ora-
ctio signum
expulsæ ido-
latriæ.

Nazian.
Euseb.
Sozom.

histor. cap. 4. Nicephor. lib. 7. cap. 37. 47. & 49. Ad-
dunt etiam Euseb. supra lib. 9. histor. cap. 9. & 10. &
Nicephor. supra & lib. 8. cap. 3. idem signum crucis
Constantino in celo apparuisse, eumque securum
de victoria contra Maxentium reddidisse, ideoque
illud in fronte sua posuisse. Nec dissimile est, quod
Prosper refert accidisse Arcadio Imperatori lib. de
prædictionibus & promissionibus Dei, part. 1. cap.
34. ubi inquit propter hanc causam Arcadium au-
reos nummos cruce consignari præcepisse. Confir-
matur hæc traditio. Quia constat ex historijs, ante
mille ducentos annos, fuisse in Ecclesia consuetudi-
nem deferendi in publicis processionibus crucem
argenteam inter cereos accensos. Quam consuetu-
dinem defendit Cyril. libr. 6. contra Iulian. circa
princip. & referunt Sozomen. lib. 8. capit. 18. & So-
crat. lib. 6. cap. 8. Denique ante Passionem Christi
data sunt signa, & figuræ crucis eius, non solum in
Scriptura sacra, ut per se constat, & late congerit Io-
nas Aurelian. lib. 1. de Imaginibus in fine, & lib. 2. in
princip. sed etiam inter Ethnicos, ut de Egyptijs
referunt Nicephor. lib. 12. histor. cap. 26. & Ruffin.
lib. 2. cap. 29. quid ergo mirum, quod Ecclesia Ca-
tholica imaginem crucis semper retineat? Præfer-
tim cum Matth. 24. de die Iudicij legamus in eo ap-
pariturum signum filij hominis, id est, crucem, ut
Christi vexillum ab omnibus adorandum, ut expo-
nit Chrysost. homil. 87. apud Matth. Qui dicit
futuram illam crucem sole splendidiorem, obscu-
ratur enim sol, & crux apparet. Quæ fuit etiam seti-
sentia Damasceni lib. 4. de fide cap. 12. & 17. & orat. 1.
de imaginibus, August. serm. 130. de temp. circa fi-
nem, Hippolyti orat. de confirmatione mundi
tom. 7. biblioth. Hieronym. & aliorum, quos refert
VValdens. tom. 3. de sacramentalibus cap. 158. ubi
ex Chrysost. homil. de cruce, & latrone, dicit illam
crucem, quæ in die Iudicij apparebit, futuram esse
illam eandem, in qua Christus pendit, quod pium
est: sed incertum.

Ex quibus satis constat, hoc crucis signum meri-
to in Ecclesia adorari, est enim res sacra, & ad diui-
num cultum spectans. Propter quod merito Sedu-
lius cecinit, Neve quis ignoret speciem crucis esse colen-
dam. Et Rupert. Abb. lib. 6. de diuin. Offic. capit. 9.
& 21. Adoramus (inquit) crucem fidei presidium, pacis
vexillum. Vnde quod ad modum adorationis atti-
net, nulla difficultas est, quin per modum rei sacræ
ad honorem Christi pertinentis, coli possit adora-
tione respectiua & secundaria, sicut de alijs rebus
sacris, & imaginibus explicatum est. Deinde si in
ipsa cruce imago Christi depicta, seu affixa sit, non
est dubium, quin adorari possit cultu latræ, vel po-
tius coadorari simul cum ipso Christo. Denique
etiam si nulla alia hominis figura, sed tantum crucis
in illa appareat, eodem modo & respectu adorari
potest. Quia huiusmodi crux etiam per se sola re-
præsentat non solum aliam crucem, sed etiam Chri-
stum ipsum per modum crucis extensum.

Et in hoc (ut ad rationem dubitandi in principio
positam respondeamus) magna differentia est inter
crucem, & clauum, lanceam, &c. quia sola crux est
figura ipsius Christi, & ideo imago crucis, quæ et-
iam est imago Christi, adorabilis est, non vero ima-
go clauis, aut lanceæ, ut D. Thom. hic art. 4. ad 3. do-
cuit. Et Athanas. seu autor quæst. ad Antiochum quæst.
16. ubi aliam rationem indicat, scilicet, quia crux fa-
cile ostendi potest adorari propter figuram, non propter
materiam. Quia si duæ partes eius separantur, non
adorantur. Quod tamen in lancea, aut clauo, non ta-
men facile constat. Quæ ratio non magni ponderis
esse videtur.

Ex differentia vero, quam D. Thom. posuit, ori-
tur alia, quæ ad rem maxime pertinet: nam inter
Christianos propria figura crucis semper habet v-
sum sacrum, & religiosum: clauus autem, & lancea, &
alii

Niceph.

Prosper.

Crucis di-
gnitas & vi-
neratio.

Cyrril.
Sozomen.
Socrat.
Ion. Aurel.

Niceph.
Ruffin.

Matth. 24.

Chrysost.

Damasc.
August.
Hippolyt.
Hierony.
VValdens.

Sedul.

Rupert.

Adoratio
crucis qualis

D. Thom.
Athanas.

Differentia
quoad cultum
inter crucem
& reliqua
passionis
Christi insi-
gnia.

& alix res similes ordinari non ad significandum, *Ap* petrabat, quando in crucis figura manus ad coelum leuabat. Ita enim in e-pretantur locum Exod. 17. Nazianz. orat. 6. coram Gregor. Nyssen. Prosper. lib. de praedictionibus & promissionibus Dei, part. 1. capit. vlt. August. in orat. de quinque haereticis cap. 2. Chrysost. orat. 2. ex decem Graecis, quae nondum Latinae factae sunt. Vnde sanctus Marcial. epist. ad Burdegalem, tom. 1. Bibliot. sanct. Crucem, inquit, semper mente, ore, & signo tenete, crux enim Domini armaturam suam est.

Ex quibus etiam colligitur superstitiose errasse Armenos, qui crucem non adorabant, nisi prius in ea clauum infingerent, eamque baptizarent, & postea alterum lignum ab altero separarent, & separatim adorarent. Hoc enim totum superstitiosum est. Quia neque clauus, neque baptismus, necessaria sunt ad rationem imaginis, & si separatus vnus lignum ab alio, iam non manet ratio imaginis. De quo vide Euthy. 2. p. Panopl. titul. 20. circa med. & S. Nicon. in lib. de religione Armenor. tom. 1. Bibliot. sanct. & plura apud Alan. dialog. 4. praecipue cap. 11. ubi explicat legem Theodosij, qui prohibuit, ne crux depingeretur in pavimento.

SECTIO III.

Vtrum liceat vti signo crucis in modum ceremoniae sacrae.

In crucis signo, & vti quanta utilitas, & religio.
August.
RES Pondetur, hoc crucis signum, eiusque vsum multis rationibus religiosum esse, fidelibusque vtilissimum. Haec est certa veritas fidei, quam vniuersalis Ecclesiae consensus, & ratio fide illustrata euidenter ostendit. Primo enim vsum signi crucis, quaedam est Christianae fidei professio. Vnde August. Psalm. 141. exponens illa verba. *In via hac, qua ambulabam.* Vique adeo, inquit, de cruce non erubescio, ut non oculo lauo, sed in fronte eam ponam: insultet ille crucifixus Christo, videam ego in frontibus Regum crucem Christi. Prohibetur ergo hoc signo, Christi crucem amplecti, & illius virtute sanctificari, muniri, & defendi. Secundo, hinc factum est, ut in omnium sacramentorum administratione, signum crucis adhibeatur, ut Dionys. tradit cap. 4. 5. & 6. de Ecclesiastica Hierarch. & Augustin. sermon. 181. de tempore capit. 3.

Dionys.
August.
Chrysost.
Hieronym.
Lactant.
Nazianz.
Niceph.
Tertio virtutem habet contra demones, ut Chrysostom. tradit homil. 21. ad Popul. Crucem, inquit, fronti imprime, sic enim necesse est diabolus ledere poterit. Idem homil. 55. Matth. vnde Hieronym. epistol. 1. ad Eliodor. Inius, inquit, est hostis, expedite rudentes, vela suspendite, crux antennae figatur in frontibus. Et Lactant. libro. 4. de vera sapientia cap. 27. dicit, hoc signum terrori esse demonibus, eosque de corporibus obsessorum fugare. Vnde Nazianz. orat. 3. num. 19. & Nicephor. lib. 10. histor. cap. 3. refert, cum Iulianus apostata quibusdam demonum terroribus afficeretur, ex veteri consuetudine contra suam perfidiam, & voluntatem, signo crucis se signasse, demonesque fugauisse. Ex quo intelligi potest hanc crucis efficacitatem, non in sola deuotione, & merito operantis, sed potissimum in diuina ordinatione propter meritum Christi, eiusque honorem fundatam esse. Compelluntur enim diuino imperio hoc signum reuereri, & ad illius praesentiam contremiscere, nec solum fugiunt, quia illud odio habent, ut Gentiles obiecebant apud Lactant. loco citato: sed potius ideo odio habent, quia virtutem eius sentiunt, ut eleganter docuit Aug. lib. 8. 3. quaeft. 7. 9. Vbi de sacramentis, & signis sacris Christianorum in genere loquens inquit. Nec mirum est, quod haec signa valent, cum ab eis (id est a malis Christianis) adhibentur: quando etiam, cum usurpantur ab extraneis, qui omnino suum nomen ad istam militiam non dederunt propter honorem tamen excellentissimi Imperatoris valent.

Crux Christi armatura fidelium.
Eadem ratione, & modo valet hoc signum crucis ad impetrandum aliquid a Deo. In cuius figuram Moyses oratio tunc a Deo populi victoriam im-

petrabat, quando in crucis figura manus ad coelum leuabat. Ita enim in e-pretantur locum Exod. 17. Nazianz. orat. 6. coram Gregor. Nyssen. Prosper. lib. de praedictionibus & promissionibus Dei, part. 1. capit. vlt. August. in orat. de quinque haereticis cap. 2. Chrysost. orat. 2. ex decem Graecis, quae nondum Latinae factae sunt. Vnde sanctus Marcial. epist. ad Burdegalem, tom. 1. Bibliot. sanct. Crucem, inquit, semper mente, ore, & signo tenete, crux enim Domini armaturam suam est.

Quinto hinc factum est, ut ex bonorum omnium fidelium consuetudine, signum crucis ad suas actiones praemittant. Sic Cyrill. Ierosolymit. catech. 4. & 13. In omni negotio, comedens, bibens etiam signa te fronte. Hieronym. epistol. 22. ad Euloch. de custodia Virginitat. Ad omnem actum, ad omnem incrementum manus pingat crucem. Similia habet Tertul. lib. de Corona militis cap. 4. Origen. lib. 3. in Iob. col. 12. dicit, Cibum, & potum signo crucis esse benedicenda. Hanc denique inter traditiones non scriptas refert Basil. lib. de Spirit. sanct. c. 27. & Anastas. Nicen. lib. quaeft. sacrae Script. quaeft. 59. tom. 6. Biblio. eamque contra Iulianum defendit Cyrill. libro. 6. circa principium.

Sexto denique reperiri possunt in hoc signo omnes imaginum vtilitates, conseruat enim passionis Christi memoriam, fiduciam indicat: est grati animi significatio, & ostendit, qui illo vitur se in cruce Christi gloriori. Et eadem est de ceteris vtilitatibus ratio.

Ex quibus facile intelligitur, hoc signum esse venerabile, & adoratione dignum, habet enim vnum, & significationem sacram. Nec refert, quod in materia, seu actione transeunt consecretur, quia sola diuersitas materiae, quando figura, & significatio est eadem, adorationem non impedit. Vnde modus huius adorationis iuxta ea, quae de imaginibus, & de nominibus sacris diximus, explicandus est.

QVÆSTIO XXVI.

De eo, quod Christus Mediator Dei & hominum dicitur, in duos articulos diuisa.



*E*nde considerandum est de hoc, quod dicitur Christus Dei & hominum mediator.

Et circa hoc quaeruntur duo.

Primum vtrum esse mediatorem Dei & hominum, sit proprium Christo.

Secundo, vtrum hoc conueniat ei secundum humanam naturam.

HANC quaestionem addidit hoc loco D. Thomas solum, ut hanc mediatoris appellationem explicaret. Breuiter autem eam expedit, quia licet nomen diuersum sit: res tamen quae per illud significatur, non est alia ab ijs, quae in superioribus explicata sunt. Et ideo de re hac specialem disputationem non instituemus, sed solum D. Thom. litteram explicando, propriam huius vocis significationem, & vsum ostendemus.

ARTICVLVS I.

Vtrum esse mediatorem Dei & hominum, sit proprium Christo.



D primum sic proceditur. Videtur, quod esse mediator Dei, & hominum, non sit proprium Christo. Sicut enim Iacobus 5. ait. Nos autem & propheta videtur esse mediator inter Deum & homines: secundum illud Deum & homines. Ego illo tempore sequens fui, & medius inter Deum & homines.